



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 8. Legatorum postulata ad Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. nihil decidunt, sed in Congregatione  
A.C. 1545. generali controversiam, si quæ oritura  
 foret, Synodi Patribus referant.

## §. VIII.

*Legatorum postulata ad Papam.*

*Pallav. l. c.*

*n. 7.*

*Raynald.*

*ann. 1545.*

*n. 47.*

**H**is ita sanctis Legati datis literis de iis, quæ post inchoatam Synodum gesta fuerunt, Papam certiorem reddiderunt, simulque ab eo sciscitabantur, quisnam ordo sit servandus in recipie- dis Oratoribus, quave ratione suffragia effent colligenda; an nimirum recen- fenda forent ex nationum numero, pro- ut in Constantiensi ac Basileensi Conci- liio non sine ingenti tumultu factum fue- rat, vel an potius sigillatim cuilibet li- bera relinquetur suffragandi facultas, atque iis, quæ major pars decreverit, standum foret, prout in Synodo Late- ranensi sub Julio II. & Leone X. sum- mis Pontificibus factum legimus. Præ- terea interrogabant, utrum generatim de hæresi, vel potius de singulis sectis agendum, nec non an erronea doctrina unacum illius Auctoribus condemna- da sit, quave scribendi norma, sigillo, ac Decretorum suorum titulis Concilium uteretur?

## §. IX.